



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De effectibus maioris excommunicationis cap. 11. 12. & 13.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

aut leue nimis, quale est peccatū veniale. \* Iniusta est sed valida, quando caret aliquibus nō essentialiter requisitis, vt si non præcedant omnes admonitiones, vel non fiant in scriptis, si odio, vel iniqua feratur intentione: si autē iudex erat publicè suspensus, vel excommunicatus aut nullam habebat iurisdictionem, vel reus tēpore debito appellauit, iniusta, & inualida pariter erit. \* Causa finalis est vtilitas & proximi fructus, nēpe vt resipiscat, & ad bonum conuertatur.

*De effectibus maioris excommunicationis.*

Cap. 11. 12. & 13.

**P**Riuat excommunicatio maior publicis Ecclesiæ orationibus, Missa, & suffragiis: actiua, & passiuā sacramentorum

Participatione, & externis his bonis, quæ hoc versu continentur.

Os orare, vale, communio, mensa negatur.

Habet tamen hæc lex duas exceptiones: vnam quæ hoc versu continetur.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Alteram inductam per Martinum v. & Conc. Const. vt solum veteretur illa communicatio quando excommunicati sunt notorii Clericorum percussores. vel nominatim excommunicati postquam denunciati fuerint, & hæc quo ad communicantes, nam ipsi excommunicati in vniuersali peccant non se separando ab aliorum cōuersatione in casibus expositis. Sunt & alii excommunicationis effectus magis proprii: \* Primo namque participans cum excommunicato in crimine criminoso:

consilium, fauorē, vel auxiliū præstans incurrit eandē excommunicationis sententiam.\* Secundò. Collatio beneficii facta excommunicato est ipso iure nulla.\* Tertio excommunicatus non potest exercere iurisdictionis actum absque peccato neque actum ordinis, vnde nec potest eligi ad beneficiū, illius subditi absoluuntur à vinculo fidelitatis, ipse priuatur actu iuridico accusandi, testificandi, patrocinandi, Ecclesiastica sepultura, & beneficiis priuari potest, si per annum fuit excommunicatione ligatus, estque de hæresi suspectus. vnde & ab Inquisitoribus in iudicium vocari potest, ac beneficiorum fructus percipere prohibetur, & qui Iuramento illi erant obstricti eo liberantur durante excommunicatione.

*De excommunicationis absolutione.*

Cap.